

Missarum VII. & VIII. vocum, liber I.
SELECTIORES QVAE-
DAM MISSAE, PRO ECCLESIA DEI NON INVITI-
les, nunc primum in lucem datæ ac correctæ

ab Authore

JACOBO HÄNDL.
Jacobo Gallo.

LIBRI

T E N O R.

PRIMI.

P R A G A E

Ex Officina Typographica Georgii Nigrini.
Anno M. D. LXXX.



*Lucida nocturnas ut Pbæbe dissipat umbras
Stellula sepe vagam seruat ut una ratem.
Nota Stanislai sic fulget in aethere virtus,
Vela det auspiciis ut sacra Cymba suis.*

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI AC ILLVSTRISS:
PRINCIPI DOMINO D. STANISLAO PAVLOVIO
EPISCOPO OLOMUCENSI, &c.
Domino suo Clementissimo.
S. P.



VITA cum in humanis rebus occurrant, illus: Princeps, quæ lraudum ornamenta iure quodam suo efflagitent, Musica rāmenybi-que gentium accepte, vbiq; locorum vilitate, celebratæq; maxima semper & æquissima fuit commendatio: quis miretur? Quo enim cumq; oculos, aures, animum conuerteret, nihil reperies quod non artis huius gratiam ambiat, eiusq; oblectamentis honestissimis non plurimum capiatur. Hæc a multis diligentissimè culta, in semetipsa insigniter laudata, apud omnes semper in honore fuit: hæc est, quæ non solum curis distractos colligit, laboribus defatigatos reficit, doloribus fractos solatur, verum etiam (si quid Poëtis tribuimus) irata numina placat & ab offensione ad solitam benevolentiam traducit: Hac vna præditus Orpheus tantum gloriæ consequens singitur quantum nulla ætas, nullæ literæ, nulla carmina celebrare satis potuerunt. Quid Apollo, quid Amphion, quid Chrysogonus, quid Terpandrus, alijq;

A ij complures,

complures, quos ob eximium artis huius decus, Dijs simillimos stultum vulgus credidit? Et vt Ethnica hæc mittam fabulosaque, religiosissimi Davidis & Salomonis sapientissimi exempla libabo: quibus exercitatio hæc tantoperè probata fuit & ad Dei cultum non alendum tantum & constituendum, verum etiam lraudum & amplificandum visa est idonea, viros ut diligenter magnisq; impendijs educarent, qui diuinæ laudes apud arcem fœderis dies noctesq; canerent. Nec prima nascensq; illa fidelium Ecclesia hunc morem neglexit, quos posteri illorum, maiores nostri imitati rudem ad huc artem laitoribus numeris modisque concinarunt, illustrarunt, auxerunt, propagarunt, nulla ut iam sit sacra ædes tam exilis, nullus angulus, qui Musica carcere velit; quasi nihil æquè mortalium corda à terrestribus auocet & in cœlestis melodizæ meditationem impellat agatque, ut illa: Sanè quid Saulem ab atroci infestatione liberarit, nouimus, quo concentu, quibus hymnis Vrbs illa cœlestis, illud æternæ gloriæ domicilium, ubi sempiternum Alleluia auditur, personet, sacræ literæ tradiderunt. Huic ego me studio cum puer dedidisse (non questus spe villa sed cum animi mei fructu tūm illius dignitate allelus) cogitavi ne exiguum hoc, quod labore & industria expressissimum, meum esset, sed etiam alijs diuini tantum honoris causa communicaretur. Procul enim a me lasciva semper & futile repuli, nec prophanis versibus rem prope diuinā contaminandam censui, ea duntaxat in modos cogens numerisq; astringens Symphoniacis, quæ & pias mentes confouere & Angelos Dei exhilarare possent, Hæc mea parturit peperitque tandem Minerua, tales etiam viros, qui in terris cœlestia lectentur,

se contur, pro laborum meorum Meccenatibus secreti. Et quis mihi querit
(aliud dicerem ni assentatoris notam extimescerem) occurat propior? Cuius in
Christi Ecclesiam studium emicat singulare, id quod religionis auctoritate in Marcomana-
nica terra te duce facta accessio, loquitur. Egregie in Guillelmi, eiusdem loci
quondam Antistitis, vestigia, pedem ponis, ut nec in Musicae cultu (quaerere illi dome-
stica erat & charissima) ab hoc vinci te patire. Quod cum ego non auditione
accepimus sed oculis didicimus, excitus hac tua insigni in Musicanam nostram
voluntate primum hunc factum librumque meum, cui missas septem & octo vocum
a me lucubratus, intexui, offero tibi dicoque. Alium enim cui magis obstrictus
esset & istos labores sudoresque meos siue iustius siue fidentius nuncuparem, pre-
ter te inueni neminem. Exile est hoc & tuis in me meritis maximis longe impar,
at certe non indignum voluntate mea, cuius id qualcumque testificationem esse
volui, Diu Ecclesiae tuae viue valeq; Praesul amplissime. Dat: Pragae

Calend: Septemb. Anno 1580.

Celsitudini Tux.

addictiss:

A? Jacobus Handl
Gallus vocatus, //
Carniolanus.

A iii

M V S I C A L O Q V I T V R.

P Arua quidem non est cultorum turbam eorum.
Cum celebret numeros quaelibet ora meos.
Syncero pauci sed me dignantur honore,
Et sedat laudes stulta caterua meas.
Arte mea turpes miseri modulantur amores,
Intexuntque meis verba nefanda sonis.
// Dum cogor Baccho madidis seruire Tabernis,
Deprimitur doctae publicus artis honor.
Non me diuorum pater has demisit in oras, //
Ut dirum soueam sedam ministra scelus.
// Eterni laudes nostrum est celebrare parentis,
Virtutisque sacrum tollere in astra decus.
Hoç priscus docuit Vates lessenia proles, Diversi Proprietatis
Dum cecinit sacra numina magna chely.
Hunc tandem artifices magni variisque sequuti,
Auxerunt nomen cum pietate meum.
Nec defunt hodie castis qui cantibus aras,
Condecorant, sacrum laetificantque chorum.
// His Jacobus adeo dulci modulamine MISSAS
Qui dedit has, stabilis quem mihi iunxit amor:
Hunc ego cognosco cultorem, hunc diligo, laudo:
Huic tandem æthereus conferet astra DEVS.

de Abrahe M. Hirz

V Wolfgang Pyrringer Composuit.

A D A V T H O R E M.

Gratia per astiuos dum carpimus otia Soles
 Membraque dulcis habet sessa labore sopor:
 Galle tuos (haud ficta loquor) miratus honores,
 Cinthius ad resonum metra canebat Ebur.
 Nec mirum: quis enim Phœbœ carmine dignum
 Quis vel Apollineâ te neget esse chely.
 Credo equidem, tua nunc aliter nec scripta loquentur
 Te Aonijs puerum delituisse iugis.
 Quid? vel Hyperboreum cantu non vincis olorem?
 Hoc magè conueniens sic tibi nomen erat,
 Cantabdi te vix melius qui nouerit artem
 Soecula vocalem prisca tulere Linum.
 Hoc tamen ad spurcos studium non vertis amores
 Turpia nec Paphiaæ voce duella sonas;
 Quæ deuota pij sed ament modulamina Mystæ
 Te canere hæc superum, cultus amorq; iubent.
 P R A E S V L I S ergo tuos sub numine prome labores,
 Quo nihil in M o r a v o clarius orbe nitet.
 Nec detractorum verearis scommata, dum te
 M u s i c a turba ducem quem veneretur habet.

Ioannes Lerger scribebat.

INDEX MISSARVM.

L I B R I P R I M I.

I.	Missa	7. vocum Super,	Vndiqi flammatis, &c. 2. Discâ: 2. Alt: 2. Tenor: 1. Bass:
II.			P a t e r n o s t e r, &c. 2. Discâ: 2. Alt: 2. Tenor: 2. Bass:
III.			Elisabe: impletu est tampus, &c. 2. Discâ: 2. Alt: 2. Tenor: 2. Bass:
IV.			Castâ nouenarum, &c. 2. Discan: 2. Alt: 2. Ten: 2. Bass:

L I B R I S E C V N D I.

V.	Missa 6. vocum Super,	Dorium, 2. Discant: 1. Altus 2. Tenor. 1. Bassus.
VI.		Elizabeth Zachariæ, &c. 2. Disc: 1. Alt: 2. Ten: 1. Bass:
VII.		Locutus est Dominus, &c. 1. Disc: 2. Alt: 2. Ten: 1. Bass:
VIII.		Sancta Maria, &c. 1. Discant: 2. Alt: 1. Tenor. 2. Bass:

L I B R I T E R T I I.

IX.	Missa 5. vocum Super,	Adesto dolori meo, &c. 2. Discant: 1. Alt: 1. Ten: 1. Bass:
X.		Transunte Domino, &c. 1. Discâ: 1. Alt: 2. Ten: 1. Bass:
XI.		Im Mayen/ z. 1. Discant: 1. Altus. 2. Ten: 1. Bass:
XII.		Ich stand an einer morgen/ z. 2. Disc: 1. Alt: 1. Te: 1. Bass:

L I B R I Q V A R T I.

XIII.	Missa 4. vocum Super,	Ob ich schon arm wñ/z.]
XIV.		Myxolydium. ——————
XV.		Vngaybergir. ——————

XVI. Missa 4. vocum omisis pausis: seruatis pausis octo voc:

Discantus primus.

MISSA VII. VOCVM

Super, Vndiq; flammatis:&c.

Yrie eleison ij ij
Hriste eleison ij ij ij ij
A ij

Altus primus.

qui tollis ij peccata mundi dona nobis pacem ij dona nobis pacem.

MISSA VIII. VOCVM


Ad imitationem, Pater noster:&c.

Y rie e leison ij ij
Hri ste eki son ij
Quatuor vocum.
B ij

Tenor secundus.

MISSA VIII. VOCVM

Ad imitationem, Elisabethæ impletum est tempus: &c.



Yrie cleison ij ij ij

Christe elei-
son: tacet.



Yrie cleison ij ij ij ij ij

ij ij ij ij ij

ij ij ij ij ij

Bassus primus.

MISSA VIII. VOCVM



Super, Casta nouenarum:



Yrie Kyrie cleison ij ij Kyrie

Kyrie cleison Kyrie cleison

ij ij ij



Christe cleison

ij ij ij

ij

ij

ij

ij

ij

ij

ij

Christe cleison.